

tantum aliquoties, argumenta satis erudita ex legum fontibus hausta, contra aliorum positiones publicæ disquisitioni subiectas opposuit: verum etiam sub Ampliss. & Clariss. Viri Dni FRANCISCI ROMANI J. V. D. & PROF. Præsidio conclusiones quasdam ex nobili & diffcili L. transfigere 18. C. de *Transact.* & ibi a Doctoribus notatis desumptas in frequentissima literatissimorum virorum & iuvenum corona die XV. Febr. ann. curr. contra aliorum obiectiones egregie defendere sustinuit. Quare ab eodem rogati ut rei istius testimonium ipsi impertiremus, aliter facere nec debuimus nec potuimus, quin omnino ipsius honestissimæ petitioni locum, summa animi promptitudine relinqueremus, & rem narratam ita gestam esse, Sigill. Facult. nostræ testatum faceremus.

(L. S.) *Dab. Lipsiæ D. XIX. Febr. M DCX.*

## K.

ORDIN. DECAN. & RELIQ. PROFESS. COLLEGII JURIDIC<sup>I</sup> in Academ. Jenens. L. S. Christianus a Brandenstein, cum fratre Wolfgango Erico primum Lipfiam a parente ad uberiorem ingenii culturam capiendam missus est in tempore sibi in iis artibus, quarum gloriam adamare cepit, sibi invigilandum censuit. Inde cum æqualibus sub Præf. Clar. virorum Dni JAC. SCHULTES & JOS. AVENARII J. V. D. D. disputando sese privatim exercuit, & sub illo quidem feudales quæstiones, sub hoc vero Pandætas